



**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,  
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,  
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,  
ex Eusebio Cæsariensi ...**

**Eusebius <Caesariensis>**

**Haer. Chr. Egen., 1571**

**VD16 E 4284**

16. In Orationem Divi Augustini libro Meditationum. Capit. 10.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

Vera caro nobis Christi sanguis quod sacratus  
In cœna dantur, non dubitante fide.

Hæc quicunque fide accipiunt, sunt membra, ma-  
Inserti miro fœdere Christe tibi. (nentque)

Nil sapit hic ratio sapientum cœca videt quod,  
Difficile est Christo, quod volet ipse, nihil.

Qui verbo condit, verbo seruat quod creata,  
Non minus omnipotens hic Deus esse potest.

Quod iubet hoc facito, quæ dicit credito, Christus,  
Non quenquam fallunt verba verenda Dei.

## 16. IN ORATIONEM DIVI

Augustini libro Meditatio-  
num. Capit. 10.

**C**oncede mihi Christe ita custodire, re-  
gere & finire vitam meam, ut in pace  
obdormiam & in te requiescam.

ITEM HIERONYMI IN  
agone mortis.

**C**ertè, nisi in ligno crucis moriens me au-  
diuisses, digna erat habitare in inferno  
anima mea. Ego pie Iesu sum pars tanti  
precij, pro me fudisti sanguinem tuum pre-  
ciosum, non me refutes.

**D**a bone Christe meæ sic ducam tempora vita,  
Yt mihi sit somnus mors requies quod mea.

Tz

*Tu nisi me clemens seruasses optime Christe,  
In ligno moriens victima grata Deo:  
Opprimerer saepe periturus tempore mortis,  
Et stygiæ sedis perdita massa forem.  
Sed tua sum precij pars tanti Christe redemptum,  
Desere ne miserum sanguine quæso tuo.*

17. IN PICTVRAM MARTY-  
rum, qui in palos altis de mon-  
tibus à tyrannis præcipi-  
tati sunt.

*Martyras en fixos pro Christi nomine palis,  
Deiectos summi pronus de vertice montis,  
Tam durum quondam Christum fuit esse professum,  
Delicijs, luxu, carnisq; libidine multi  
Nunc sibi promittunt spaciose gaudia cœli.*

18. IMAGO VERAE POENI-  
tentiae in Maria Magdalena.

Lucæ 7.

*Exemplum Maria est vera pietatis imago,  
Magdala de castro quæ sibi nomen habet.  
Est pietas, meritam peccati agnoscere pœnam,  
Et veniam culpæ poscere ritè Deum.  
Vera fides operum rectorum semper alumna,  
Præstabit fratri munera quæq; suo.  
Sic sua cognoscit peccatrix crimina Magdala,  
Offensum crebro fletq; doletq; Deum.*

L 4